UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlfi Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

II. Charta sacramentalis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

Visual Library

accipere debere; quod ita & fecit, vt ipſum hominem ipſa caſa Dei, vel ipſe Aba, ſeu rectores eorum pro colono habeant euindicatum, ne ſit inter ipſos poſtmodum ex hac re ſubita cauſatio. His præſentibus qui ſubter firmauerunt.

II. *CHARTA SACRAmentalis.*

VEniens aduocatus ſancti illius, de monaſterio illo, ſeu & illius Abatis de prædicto monaſterio illo, caſtro illo, in mallo publico, ante illuſtrem virum illum Comitem, vel alios quamplures, qui ibidem aderant, interpellabat hominem aliquem, nomine illum, repetebat ei dum diceret, eò quod genitor ſuus, nomine ille colonus ſancti illius de villa illa fuiſſet, & ipſum colonitium de capite ſuo ad ipſam caſam Dei redebeat, & exinde ne-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gligens aderat; & ipſe in præſenti hoc fortiter denegabat, & taliter dedit in ſuo reſponſo quod de patre Franco fuiſſet generatus, & de matre Franca fuiſſet natus: vnde tale ſacramentum per ſuam fiſtucam viſus fuit adrhamire, & taliter ei fuit iudicatum, vt hac cauſa apud proximiores parentes ſuos, octo de parte genitoris ſui, & octo de parte genitricis ſuæ, ſi forte mortui non ſunt, & ſi forte mortui ſunt, apud XII. Frãcos, tales qualem ſe eſſe dixit, in illo caſtro, in baſilica ſancti illius, vbi reliqua ſacramenta percurrunt, in L. noctes, in proximo mallo, hoc debeat eiurare.

III. *NOTITIA DE SERVO.*

NOtitia qualiter, vel quibus præſentibus, veniens ille in cauſa monaſterij ſancti illius, ciuitatis illius pontifici, ad vicem vene-